189

Illustrissime & Excellentissime Domine,
Amice Observandissime.

N.o 28

Binis jam vicibus, ad Sacram Regiam Majestatem exaravimus literas, quibus Desiderium nostrum Ducatuûm nostrorum quantocius recipiendi Investituram, pluribus exposuimus. Optavimus quidem, ut eam ob causam, certus nobis brevi præfigeretur terminus, quô id, quod fidelis Feudatarii Principis officium, debitâ cum exactitudine præstaremus. Ast cum ob grassantem pestem, quâ ferè omnes nostris Ditionibus vicinæ Provinciæ, graviter adhuc premuntur, nullibi locorum Domicilium atq; iter securum & tutum, necessitate hâc inevitabili coacti, instantias, hodiernis literis apud Sacram Regiam Majestatem fecimus, ut ob præsentem tam fatalem rerum Situationem, ultrà annum & diem terminum istum extendere,

170

& eousq; differre velit, quoad feliciora per DEI Gra
tiam incidant tempora. Firmam in Spem venimus
Sacram Regiam Majestatem precibus adeò justis,
ullâ sine difficultate assurrecturam, maximè si
apud eandem Illustritas Vestra, pro sustinenda cau
sa hâc nostra, juvandisq; rebus nostris, Officia Sua
efficacissimè pro ea, quâ apud Sacram Regiam
Majestatem pollet Autoritate, adhibere haud gra
vatè voluerit, Singulare hoc, Illustritatis Vestra
Benevolentia erga Nos erit genus, quod animis
nostris perpetuò inhærebit, nullasq; elabi pat
amur occasiones, gratum Cordis Nostri sensum
testificandi, & quod omni honoris cultu mansu
sumus. Dabantur Petriburgi die 2do Septemb
Anno. M. DCC. X.

Illustritatis Vestræ

Observantissimus
amicus et Servito
Fridericus Wilhe
DC

92.

Celsissimus Fridericus Dux
Curlandiae 8 zda Xbris
1710.

Illustrissimo & Excellentissimo
Domino, Comiti de Szembec,
Pro-Cancellario Regni Poloniae, &c.
Amico Observandissimo.